**Dissertatio inauguralis medica, de haemorrhoidibus haereditariis ... / [Friederich Gabriel Meyenberg].**

**Contributors**

Meyenberg, Friederich Gabriel.
Alberti, Michael, 1682-1757.
Universität Halle-Wittenberg.

**Publication/Creation**

Halae Magdeb : Litteris Hendelianis, [1727]

**Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/nn3avcbe

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,

DE

# EMORRHOIDIBUS HÆREDITARIIS,

QVAM,

AUSPICE DEO PROPITIO,

*Et Conſenſu atque Auctoritate Gratioſæ Facultatis Medicæ*

IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,

PRÆSIDE

## D. MICHAELE ALBERTI,

J. REG BORUSS. AULICO ET CONSIST. MAGDEB. CONSILIARIO,
T PHILOS. NATUR. PROFESSORE PUBL. ORDIN. ACAD. NAT. CUR.
COLLEGA, SOCIET. REG. BORUSS. SCIENT. SODALI, ETC.
FACULTATIS MEDICINÆ DECANO SPECTATISSIMO,

*o Patrono, Præceptore ac Promotore ſuo, omni honoris cultu proſequendo,*

PRO GRADU DOCTORIS

SQVE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS LEGITIME IMPETRANDIS,

HORIS LOCOQVE CONSVETIS,

ANNO MDCCXXVII. D. XII. DECEMBR.

PUBLICAE AC PLACIDAE ERUDITORUM VENTILATIONI

SUBJICIET

DERICH GABRIEL MEYENBERG,

ULTZENA - LUNEBURGICUS.

---

ALÆ MAGDEB. LITTERIS HENDELIANIS.

# PROOEMIUM.

QUod Benedictus Salvator de humanis afflictionibus quolibet die obviis *Matth. 6. v. ult.* dicit: Sufficit ſua diei afflictio, & ſecundum Verſionem: **es hat ein Tag genug an ſeinem Ubel**, aut, **es iſt genug, daß ein ieder Tag ſeine eigene Plage habe**; idem ſane valet de quolibet morbo: ſicut enim nullus morbus ſine moleſtia eſt, quam ægri aut ſentiunt, aut ob certas rationes haud ſemper percipiunt, ita ſufficit etiam ſua morbo calamitas; quilibet enim morbus ſpecialis ac diſcretæ afflictionis comitatum tenet, adeo quidem, ut una alteram gravitate ſuperet; quam ob rem impatientes ægri ſæpe morboſam ſuam afflictionem cum alia commutare mallent, de qua minorem metuerent moleſtiam; quin eo usque tandem tranſigerent, donec leviſſimum, ſi poſſibi-

le eſſet, morbum, loco prioris nanciſcerentur, qu
etiam ita tandem moleſtus evaderet, ut immorige
ræ tales mentes ſemper ab omni morbo immunes, a
liberæ vivere optarent, quia quilibet morbus pro
pria laborat afflictione; cum potius ſub patienti præ
ſentis morbi tolerantia homines noſſe, & ſub tali no
titia animum atque ſpem erigere debeant, quod lon
ge graviores in aliis ſubjectis deprehendantur ægri
tudines, a quibus hactenus miſericors Deus illos li
beros ſervavit: quid quod præcipitata, impatiens
& nimis ſenſibilis ſuorum morborum æſtimatio it
proſternit animum, atque fiduciam, ut, ſi talia ſub
jecta in animo volvunt metum durabilioris mali
mox inde exhorreant; ſi vero jam plures dies, imo
ſeptimanarum decurſus præterlapſi ſunt, tunc non
niſi cum admiratione præteriti mali reminiſcantur
& inde aliquando ad mentis, & fiduciæ erectionem
promoveantur: Inde facile liquet, quod morbi va
riis præditi ſint qualitatibus, nunc bonis, alibi ma
lis, quæ in prognoſtica doctrina ſcitu perquam ſun
neceſſariæ: quam ob rem priſci medici hanc obſer
vationem multa tractarunt induſtria, uti Hippocra
tis & Aphoriſmi & Prognoſtici labores luculentum
perhibent teſtimonium: inter alias tales qualitates
annotandas, multum refert genuinos morborum
fontes, atque origines noſſe, dum nonnulli morbi
quoad rationem temporis, alii ratione motus, qui
dam ratione materiæ diverſos agnoſcunt ortus: & ne
in diffuſam hanc meditationem delabamur, prio
rem tantum reſpectum brevi diſquiſitione annota
bimus

bimus: videlicet diſcrepant morbi reſpectu primæ invaſionis, ſiquidem hoc momento nituntur morbi ætatis, morbi congrui, & incongrui, & morbi conſequentes; aſt dantur etiam morbi, qui a prima hominis nativitate originem ſuam ducunt, proptereaque hæreditarii dicuntur, quorum ſpecies ac ſeriem recenſere nimis amplum efficeret laborem; quam ob rem hoc loco tantum in negotium Hæmorrhagiarum introſpicere volumus, quarum ſingulæ ferme ſpecies interdum per nativitatem communicantur: hinc in puſionibus aliquando frequentes & ominoſæ Narium Hæmorrhagiæ brevi tempore in hecticos, phthiſicos, & ſimiles, cum tabe complicatos, morbos exeuntes, obſervantur: ſimiliter exempla proſtant ſubjectorum in puerili ætate conſtitutorum, in quibus eruptio ſanguinis e pectore contigit: neque deſunt Obſervationes præmaturorum Menſium, ut & Mictionis Cruentæ, quin Hæmorrhoidum in puerulis, aliisque junioribus hominibus erumpentium, & decurrentium, de quibus ultimis *D. D. Præſes* ex inſtituto in *Diſſ. de Hæmorrhoidibus Juniorum* egit; neque inſolitarum aliarum rarioris ſchematis Hæmorrhagiarum mentionem injicere placet, quæ pariter hæreditariæ eſſe ſolent: & quo magis ſingulæ tales per hæreditatem communicatæ Hæmorrhagiæ ominoſæ ſunt, ita diverſis qualitatibus adeo præditæ obſervantur, quibus ſemper aliquid ſingulare, & minus familiare proferunt: etenim ratio hæreditatis tales Hæmorrhagias ita frequentes, conſuetas & familiares reddit, (quæ alias extraordinariis & inſo-

 litis

litis evacuationibus annumerari merentur) ut propterea reliquæ ordinariæ excretiones in magnam delabantur anomaliam: quid quod hujus conditionis Hæmorrhagiæ non modo ante terminum reliquæ ſuæ invaſionis invadunt, ſed & frequenti ſua repetitione & vehementi decurſu utplurimum ſalutarem ſcopum invertunt: etenim, excepto ſequiori ſexu pro vita, & ſanitate animali melius eſſet, ſi Hæmorrhagiæ in genere non obtingere deberent, teſtimonio hominum plebejorum, agreſtium, & opificiariis laboribus dicatorum, qui quamdiu agili ſuo vitæ genere laborioſi ſunt, haud facile Hæmorrhagias experiuntur, ſed firma ſubinde fruunter ſanitate, quamprimum vero hæmorrhagicis moliminibus & ſucceſſibus ſubjiciuntur, aut artificialibus ſanguinis miſſionibus opus habent, ab ea temporis periodo eminentius & frequentius labaſcentis ſanitatis varia Schemata experiri ſolent: Quidni itaque per nativitatem communicatæ tales Hæmorrhagicæ deſtinationes diverſis ſubjectæ ſint declinationibus, vitæ ac ſanitati perquam præjudicioſis! dum ſanguinis profuſio haud poſitivè & abſolutè neceſſaria eſt in ſexu præcipue maſculino, ſiquidem reliquorum excernendorum humorum evacuatio illo ſolenni ſymbolo confirmata eſt, quod quilibet talis excrementitius humor peculiare ſuum habeat organon ſecretorium nec non ordinarium & ſtatum ſuum locum excretorium: quales conditiones ad Hæmorrhagias applicare non licet, dum ſanguis ſine prævia ſecretione excernitur, imo dum modo huc, modo illuc congeritur

ritur & ex variis corporis locis & regionibus ejici-
ur. Tanto magis hæreditariæ Hæmorrhagiæ ju-
ſtum & certum locum haud ſervant, ſed quaquaver-
ſum circumvagantur: hinc ſi parentes largis Nari-
um Hæmorrhagiis ſubjecti generant infantes, tunc
hi varias non modo hujus, ſed & alterius ſpeciei Hæ-
morrhagias præmature experiri ſolent; id quod et-
iam de aliis parentum Hæmorrhagiis, aut molimini-
bus Hæmorrhagicis valet; dum itaque tales Hæ-
morrhagiæ hæreditariæ ſingularibus præditæ ſunt
qualitatibus, ita in reliqua medica illarum directio-
ne omni cautela opus eſt, ne eædem facile offen-
dantur & in periculoſum ſtatum convertantur. Et
ne laborem nimis amplum ſuſcipiamus, hinc hac
occaſione tantum in Hæmorrhoidum diſquiſitione
ſubſiſtere lubet, quippe quæ inter alias qualitates et-
iam hæreditariam diſpoſitionem in ſe ſuſcipiunt &
in illa peculiarem tractationem medicam requirunt,
quemadmodum etiam negotium hæmorrhoidale
tota ſua indole perquam ſenſibile exiſtit, ita tanto
magis hac qualitate inſtructum a leviſſima cauſa ve-
hementer alterari poteſt. Quam ob rem cum Deo
conſtituimus præſenti occaſione & Inaugurali Spe-
cimine de HÆMORRHOIDIBUS HÆRE-
DITARIIS diſſerere, ita tamen, ut communes
hujus fluxus conſiderationes non pro primario no-
ſtro ſcopo reputemus, ſed in concreto illius indo-
lem, quando hæreditarius eſt, inquiramus & expo-
namus; cui inſtituto, ut ex alto divina bonitas
annuat, idque proſpero ad vota noſtra ſucceſſu
beet,

beet, id eſt, quod in limine piis flagitamus pre-cibus.

## §. I.

HÆmorrhoides hæreditariæ duplici reſpectu ſub disquiſitionem vocari poſſunt, primo, quando hæreditario modo *propagantur*, deinde, quando jam per hæreditatem *communicatæ* ſunt, ſive reſpectu ſubjecti & termini *a quo* & *in quo*, aut ratione *primæ* emanationis & *proximæ* communicationis & continuationis jam actu factæ. De utroque ſtatu impræſentiarum brevibus diſſerere placet; ſupponit itaque *Hæreditas* ſingularem *qualitatem* in ſubjecto *active* ad *generationem* contribuente, quæ deinde *propagatur*, deinde in nato & *genito* ſingularem illius communicatæ qualitatis *exercitationem*. Quando itaque hoc labore de Hæmorrhoidibus hæreditariis nobis ſermo erit, tunc non modo *fluentes* & ſuccedentes, ſed & *molientes* & imminentes intelligimus Hæmorrhoides: proinde de talibus Hæmorrhoidibus utriusque proſapiæ *internis* & *externis* tractamus; porro de hæmorrhoidali negotio in *maſculis* & *fœminis* agimus; præterea de Hæmorrhoidibus nunc *citius* nunc *tardius* ingruentibus ſermonem inſtituimus, quamvis *utplurimum* tales Hæmorrhoides, de quibus hoc loco diſſerimus, *congruum* terminum *anticipent*; huc etiam ſpectant Hæmorrhoides aut *ſimplices* & ſolitariæ, aut cum aliis affectibus *complicatæ* ubi multum intereſt *proceſſum* Hæmorrhoidalem cum ſuis *qualitatibus* in generantibus, ſive *parentibus* noſſe, an *regularis*, an *irregularis*, an *moderatus* & ordinatus, an immoderatus & *anomalus* exiſtat &c. *Hæreditariæ* vero vocantur illæ, de quibus *certo* conſtat, quod *ex hac* cauſa, & non ex *alia* originem traxerint, videlicet, quod a *pa-*

*renti-*

*rentibus* in *infantes* ſint translatæ hisque *connatæ*; & tales *hæreditariæ* Hæmorrhoides interdum ita *manifeſtæ* ſunt, ut homines rerum medicarum imperiti facile illarum *dependentiam*, atque *originem* cognoſcant, ſiquidem illarum *apparatus* & *comitatus* haud ita *abſconditus* eſt, quin earum indoles facilius inclareſcat: neque tantum hæc *hæreditas* a *parentibus*, ſed & ab aliis *majoribus* derivari poteſt, (qualem propagationem morbi ab avo, non in filium, ſed in nepotes, allegat *Riedlinus Lin. Medic. An.3. Decemb obſ.21.p.875.* ſub titulo *hæreditaria arthritidis propagatio, non quidem in filium, at in nepotes*) ut propterea falſa ſit argumentatio quia in *parentibus non actu* fluxerunt Hæmorrhoides (licet alii *connexi* affectus & *molimina* talia *hæmorrhoidalia* præſto fuerint) ergo in natis tales proceſſus hæmorrhoidales *hæreditaria* diſpoſitione haud nituntur: neque porro exiſtimandum, quod *omnes* parentes hæmorrhoidarii *tales* generent infantes, qui *actuali* Hæmorrhoidum fluxu præditi eſſe conſpiciuntur, hinc ad hunc *conſenſum* antea *molimina* hæmorrhoidalia hæreditaria & connexa *alia* pathemata retulimus: quamvis etiam tales hæreditariæ Hæmorrhoides in *futuro* ſuo progreſſu facile *alias* cauſas impellentes ſequantur, tamen ex *prima* invaſione & occurrentibus tunc circumſtantiis facile viciſſim illarum *origo*, ex *hæreditate* proveniens, agnoſci poteſt: Hæc disquiſitio *talium* Hæmorrhoidum *altioris* omnino eſt indaginis, quoniam ob hanc *ſpecialem* qualitatem proceſſus hic hæmorrhoidalis valde *diſtinguitur* a reliquo *communi* Hæmorrhoidum ſtatu: id quod in reliqua deductione demonſtrandum erit: ob id *præſentis* thematis explicatio & commendatio multum *lucis* reliquæ doctrinæ, de Hæmorrhoidibus obviæ & ventilatæ, affundet: neque tamen hoc labore illum *primarium* intendimus ſcopum, quod hac obſervatione *intricatum* illud argumentum:

 quod

quod morbi per *hæreditatem* communicentur, *probare* velimus, ſed citra quasdam digreſſiones, atque ambages *hæreditariorum* morborum *exiſtentiam* indubiam & *certam* agnoſcimus, inſuperque digito tantum demonſtramus, quod *hæreditariæ* diſpoſitiones variis *excretionum* generibus & ſpeciebus ſe *adſociare* ſoleant, quemadmodum *extraordinariæ* evacuationes, quales *plurimæ* Hæmorrhagiæ exiſtunt, haud exemtæ ſunt. Et dum alii Practici hanc obſervationem non ex inſtituto, ſed tantum per *incidentem* commemorationem & nonnullis *exemplis* attigerunt, ita vix ſuperfluus, aut inutilis hic æſtimandus erit labor, quo *majoris* momenti in *genere* doctrina de morbis *hæreditariis* eſſe ſolet, & pro tali etiam communiter declaratur. In tota vero hac conſideratione multam *illuſtrationem* impetrabit *motus* hæmorrhoidalis: dum ratio *formalis hæreditariæ* diſpoſitionis *plus motuum* œconomiam, quam *materiarum* immutationem complectitur: unde viciſſim *verum fundamentum* pateſcit, ex quo tales Hæmorrhoides rite & perite dirigi & tractari debent: quæ generalis & *præliminaris* animadverſio & introductio quoad *titulum* præſentis laboris commendari promeruit.

§. II.

Et quo præſentis thematis *dignitatem ſpecialiori* ſtudio ſignificemus, ita in præliminari tractatione aliquot momentis illam indicabimus 1) hæc conſideratio ad *univerſam proceſſus* Hæmorrhoidalis illuſtrationem pertinet quo *diverſæ* illius *qualitates* agnoſcantur, inſuperque *variabilis* illius indoles exponatur, indeque prudens & *perita* illius directio *practica* commendetur, ſi enim hæc generalis qualitas hujus negotii non rite intelligitur tunc vario modo illud offendi & turbari poteſt: inde etiam eſt, cur tot *peccata ignorantiæ medica in Hæmorrhoidum* tractatione committantur. 2) deinde *ſpecialis* hujus quali

qualitatis, qua Hæmorrhoides nonnunquam per *Hæreditatem* communicantur, indoles hac deductione magis inclareſcit, & quid de eadem aut *metuendum*, aut *ſperandum* ſit innoteſcit, ſiquidem *communis intricata* hæreditariæ diſpoſitionis conditio *hoc* etiam morbi ſpecimine *cognita* redditur: & ſicut *omnes* affectus, quicunque a cauſis *ſubtilioribus* & *immaterialibus* oriuntur, *graviores* & contumaciores exiſtunt, ita ex hujus obſervationis, & thematis tenore facile judicare licebit, quod Hæmorrhoides hæreditariæ *ſimilium* ſint qualitatum 3) porro hæc tractatio Medicum reddit *prudentem* & *attentum*, ne *tale* Hæmorrhoidum ſchema offendat, aut *immoderate* aggrediatur, quia valde *ſenſibile*, alterabile & citius in *deteriorem*, quam meliorem ſtatum mutabile eſt: exinde etiam facile ad *generalem* concluſionem patet aditus, quod morbi *hæreditarii* leniter & *moderate* tractari mereantur 4) præterea hæc disquiſitio *illuſtrat* doctrinam exquiſite pathologico-practicam de *morbis ætatum*, adeoque certis quibusdam annorum periodis aut *congruis*, aut *incongruis*, quoniam *tales hæreditariæ* Hæmorrhoides utplurimum *anticipant*, proptereaque incongruo temporis termino invadunt, eaque propter variis *perverſis* qualitatibus ſtipatæ eſſe obſervantur 5) manuducit inſuper hæc obſervatio attentum Medicum ad *ſolidam* cognitionem morborum, qui *motuum vitioſo* & *irregulari* ſucceſſu nituntur, ut deinde in *practica* directione & applicatione haud *diu* fruſtraneæ *materiarum* alterationi operam impendat, indeque haud *anomalos* illos motus magis pervertat & *exacerbet*, ſed cognita *vera* morbi cauſa, *facilius* ad ſcopum pertingat 6) inſtruit ſubinde hæc animadverſio Medicum judicioſum, quibus *aliis* ſonticis *morboſis* pathematibus cum *hæreditariis* hæmorrhoidibus *conſentientibus* aut alternantibus *præoccupandis* & avertendis curam adhibere debeat, ne nimium talibus Hæmor-

rhoidibus *confidat* & ex *alia generali* negotii hæmorrhoidalis æſtimatione in *hæreditariarum* hæmorrhoidum directione haud valde *ſecurus* & negligens ſit 7) & dum Hæmorrhoides, per hæreditatem communicatæ, facile in morbos *corruptos* & *complicatos* degenerant, ita *horum*, alias intricatorum, morborum *principalem* cauſam facile ex hac obſervatione enucleare & detegere, deinde vero ſtatum cauſæ, in quantum in artis medicæ poteſtate eſt, ſcite, rite & perite tractare diſcit, 8) illuſtrat porro hæc obſervatio notatu dignam doctrinam de *hæreditariis* morbis, quorum *numerum hæc* morbi, aut affectus ſpecies *adauget*, ut proinde a genere ad ſpeciem, videlicet a morborum hæreditariorum indole, ad haſce Hæmorrhoides facilior pateat argumentatio 9) & dum Hæmorrhoides non modo in *unum* ſubjectum ac individuum, ſed ex hoc in *multa* alia, ratione lineæ *deſcendentis*, per hæreditatem communicantur, ita ſub *qualibet* tali communicatione *ſenſibiliores* ac intricatiores redditæ eo magis *circumſpectam* requirunt tractationem, id quod prudens artifex exinde colligere diſcit, quando ſub *qualibet nova* propagatione, nova eademque magis *ominoſa pathemata* concurrunt, 10) quoniam etiam hæreditariæ Hæmorrhoides cum *tempore* in *eodem* ſubjecto, aut ſub *iterata* hæreditaria communicatione aliquando in plane *alia*, licet *nondum* corrupta, aut complicata morborum ſchemata, *immutantur*, ita judicioſus Medicus perſpecto hoc *hæreditariarum* Hæmorrhagiarum proceſſu facilius reliquorum *conſequentium* morborum *fontem* agnoſcit & juxta hanc notitiam e *certiori* fundamento illos morbos tractare & dirigere poteſt. 11) multum etiam lucis præſens tractatio affundit explicandæ obſervationi Hæmorrhoidum in *fœminis*, quæ, ſicuti paulo magis *inſolitæ* exiſtunt, ita per hæreditatem *facilius* in iisdem provocantur, ſive pater, ſive mater hæmorrhoidalibus motibus

tibus fuerint expoſiti homines 12) denique hæc diſquiſitio *alias ſpecialiſſimas* Hæmorrhoidum qualitates, velut ſubjectorum *juniorum* illuſtrat: quæ ſingula momenta pro *dignitate* & *utilitate* præſentis thematis militant, quæ propterea hac ſerie & peculiari animadverſione commemorare placuit.

§. III.

Hæmorrhoides hæreditariæ *peculiarem* qualitatem dum continent, tamen illarum haud *ſpecialis* occurrit mentio, unde non niſi *ſparſim* & in tranſitu Autores illarum memoriam proferunt : non tamen propterea hæc conſideratio oblivioni tradenda, aut vilipendenda eſt: ſupplebimus ea propter noſtra cura, atque ſtudio, quæ in proceſſu hæmorrhoidali *ulterius* explicari debent & adhuc deficiunt, ſiquidem in *vulgari* Hæmorrhoidum tractatione multa *emendatio*, illuſtratio, augmentatio & explicatio neceſſaria eſt, quam huc uſque variis thematibus quadantenus *D. D. Præſes* præſtitit & obtulit : quo itaque pro meliori illuſtratione & confirmatione quædam *teſtimonia* & *exempla Hæmorrhoidum Hæreditariarum* proferamus, ita primo loco allegamus *Hollerium*, qui *libr. 1. de morb. intern. c. 55.* illarum reminiſcitur, deinde *Solenander libr. 2. conſ.* 20. ejusmodi Caſum allegat : porro *Schenckius lib. 3. de Hæmorrhoidibus obſ. 1.* certæ *familiæ* mentionem facit, quæ *Hæmorrhoidibus* laboravit : præterea *Rolfincius in Epit. lib. 3. c. 21.* talium Hæmorrhoidum reminiſcitur : præcipue *Frommannus in tr. de Hæmorrh. Part. 1. probl. 38.* hanc *Quæſtionem* pauciſſimis tantum ventilat, *an Hæmorrhoides ſint hæreditariæ*, hancque obſervationem cum *Solenandro* & *Schenckio* affirmat ; dein idem Author *P. 1. p. 206.* & *p. II p 229.* ſimilium Hæmorrhoidum memoriam affert: commemoratur etiam talis caſus in *A. N. C. dec. 2. an. 9. obſ. 124.* nec non ſimiles Hæmorrhoides allegat illarumque exiſtentiam tuetur, & cum nonnullis prædi-

ctis autoribus confirmat *Franckenau in Sat. Med.* & præcipue in *Diſſ. de Hæmorrhoidibus*, ſub vocula *Hæreditariæ p. m. 456. Riedlinus Linear. medic. Ann. 4. menſ. Nov. obſ. 21. p. 962.* de *hæreditario Hæmorrhoidum in pueris fluxu conf. Ettmüllerus Opp. Part. 1. p. 126.* ita etiam *Iudæi* Hæmorrhoides per nativitatem propagare ſolent, *conf. Hammer. Viridar. hiſt. c. 6. p. 94.* conciliandus etiam eſt, Celeb. *Stahlius diſp. de dyſenteria p. 13.* & de *hæreditaria diſpoſitione ad diverſos morbos* §. 47. *p. 32.* quibus teſtimoniis ſub operoſa & ſtudioſa aliorum autorum & obſervatorum conciliatione alia plura aſſociari poſſunt, interim attentis medicis, qui negotium hæmorrhoidale haud *præjudicioſis* opinionibus, & otioſis allegationibus proſequuntur, varia talia exempla Hæmorrhoidum per *ætatem teneram*, & antea per *hæreditatem* propagatarum cognita eſſe poſſunt: ex nonnullis caſibus, quæ *D. D. Præſidi* in praxi & conſultatione medica innotuerunt, placet bigam talium obſervationum hoc loco & ordine allegare: hic loci adhuc vivit juvenis quidam virilitati jam propinquus, qui a patre, Hæmorrhoidibus *cæcis* valde afflicto, genitus erat, a *teneris* annis *parco* licet hæmorrhoidali *fluxu* & ſucceſſu, *multo* vero motu & *molimine* hæmorrhoidali ſimilem *cæcum* ſtatum Hæmorrhoidum præſentante, laborat, ita frequenti & urgente, ut quotannis pluribus vicibus talem afflictionem patiatur, quæ *rarius*, interim tamen aliquando, ad *actualem* perveniunt eruptionem: eſt vero in hoc ſubjecto ſtatus hæmorrhoidalis ita intricatus, contumax, rebellis, arduus, immoderatus & doloroſus, ut interdum internæ & externæ inflammatoriæ commotiones & conſecutiones obtigerint: quam ob rem hoc individuum *exacta diætæ* ac *regiminis* ratione frui debet: huic caſui breviſſima tantum delineatione allegato, alium & alterum ad latus ponimus. *Pater podagricus*, nephriticus & *hæmorrhoidarius* in populoſa urbe, celebri in officio conſtitutus cum *matre* ſanguineo

guineo-cholerici temperamenti, & largo ſubinde menſi-
um ac *Hæmorrhoidum* fluxu prædita genuit filiam, quæ o-
ctavo ætatis anno *motus* hæmorrhoidales, poſtea vero
*præmaturam* Menſium & *actualem* Hæmorrhoidum erup-
tionem experta fuerat: hæc multas calamitates ab *irregu-
lari* Hæmorrhoidum ſucceſſu paſſa eſt; & dum in matri-
monium tranſiit, peperit paucos infantes vivos, & inte-
gros, multis vero Abactionibus defatigata fuit: infantes
ipſi, qui ad huc ſuperſtites & jam aliquot annos circum-
egerunt, varios hæmorrhoidales inſultus patiuntur;
unde liquet in *duplici* ſexu, Hæmorrhoidum *hæreditaria-
rum* exiſtentiam veram, *certam*, & expertam eſſe; dein-
de *poſteriori* hoc caſu confirmatur *duplicata* talium Hæ-
morrhoidum propagatio, videlicet a parentibus in in-
fantes, ab iis in nepotes, quales caſus proinde omnibus
aſſiduis & *attentis* obſervatoribus innoteſcunt, viciſſim
vero *totum* proceſſum hæmorrhoidalem admodum il-
luſtrant.

§. IV.

Proxima nunc excipit in præſentis thematis expli-
catione occupatio, ut *Hiſtoriam* illius tradamus & ipſa
ac *diverſarum* circumſtantiarum, variorumque ſigno-
rum commemoratione harum Hæmorrhoidum *ſpecificam*
differentiam ſignificemus; quam ob rem mox quasdam
qualitates in *Subjectis*, ad hoc negotium idoneis, recen-
ſebimus, & quidem primo in *ſubjectis*, *a quibus* tales Hæ-
morrhoides *hæreditario* modo propagantur: hæc aut *a-
ctuali* fluxu Hæmorrhoidum ſunt prædita, aut *moliminibus*
tantum hæmorrhoidalibus laborant: quoad utramque
tamen circumſtantiam ſciendum, quod ſi ille, videlicet
fluxus in aliquo ſubjecto *moderate*, leniter, facile, & *pla-
cide* ſuccedit, tunc *non facile* hæreditaria illius propagatio
expectanda veniat, quod ſi etiam hæc, nimirum *molimi-
na* hæmorrhoidalia fuerint *mitiora* & *breviora*, dehinc
in

in *facilem* & *lenem fluxum* abierint, tunc neque ab his facile *ſimilis communicatio* per modum *hæreditatis* expectanda veniat; inde fluit, quod *peculiares* qualitates in hoc negotio hæmorrhoidali adeſſe debeant, ſi *translatio* talis Hæmorrhoidum hæreditaria contingere & ſolet & poteſt, videlicet quando ſubjecta quædam *frequenti*, *largo*, *immodico*, *doloroſo*, *anomalo* & valde *affligente* fluxu & conatu hæmorrhoidali laborant, tunc ab *his* in *infante* facilius transfertur proceſſus *hæmorrhoidalis*, porro ſive Pater, & Mater *ſimul*, ſive *unicum* tale ſubjectum fuerit tali qualitate,& gradu negotii hæmorrhoidalis præditum tunc ab utriſque *propagari* poſſunt, imo etiam ſolent *Hæmorrhoides:* præterea Parentes generantes interdum neque *proximo* gradu, neque ipſo *actu* Hæmorrhoidarii eſſe debent, ſi in *natos* per *hæreditatem* negotium Hæmorrhoidum transferri debet; etenim pater poteſt eſſe *Hypochondriacus*, *Nephriticus*, *Iſchiadicus*, *Iſchiadico-Arthriticus*, *Podagricus*, *Colico - Hypochondriacus*, mater vero *Hyſterica*, *Arthritica*, *Nephritica*, *Podagrica* &c. tunc a talibus ſubjectis *prima contentio* hæmorrhoidalis in infantes deferri & propagari poteſt. Eo facilius vero hæc propagatio ſuccedit, ſi Parentes *generantes* a parentibus hæmorrhoidariis deſcenderunt aut ſi *avus*, & *avia* Hæmorrhoides actu fluentes ſubierunt, *pater* & *mater* vero tanquam horum nati *aliis* morbis,cum *Hæmorrhoidibus* tamen *conſentientibus*, & ex *Hæmorrhoidibus* per hæreditatem a patre patris & matre matris communicatis, laborarunt, hinc *nepos* affectum ſui *avi*, ſuæ *aviæ* experitur, ut tali modo Hæmorrhoides fluentes *ſaltum* committant & per *majores* in *minores* transeant; interea tamen totus talium Hæmorrhoidum ſtatus *hæreditarius* exiſtit: Quod ſi etiam parentes *talibus* qualitatibus, ad *Hæmorrhoidum* negotium pertinentibus,præditi moroſioris,pertinacioris, & in *imaginationis* affectu

atqu

atque virtute *operoſioris* fuerint animi, tunc ab iisdem *facilius* motus hæmorrhoidales in natales *propagantur:* quando porro in ejusmodi parentibus *prædictæ* qualitates hæmorrhoidales, per *incongruas Regiminis*, *Curationis*, & *Diætæ* tractationes *exacerbatæ* fuerunt, tunc *idem* hæmorrhoidale negotium ab iisdem facilius per *hæreditatem* in infantes communicatur: in quibuscunque parentibus motus hæmorrhoidales magis *coacte* provocati, quam *ſponte* nati, imo ſubinde per *ſimiles* cauſas conſervati, augmentati & perturbati fuere; ab illis *corruptum* hæmorrhoidale ſchema facilius in poſteros propagatur: ſeorſim vero hoc loco notamus, quod *hæreditaria* hæc negotii hæmorrhoidalis translatio facile etiam a *talibus* parentibus contingat, qui *frequentiori* uſu *Aloëtica*, inprimis cruda & larga ingerunt, quæ alioquin *immoderate* vias hæmorrhoidales afficiunt: in quibus Parentibus *liber* & *ſalutaris* Hæmorrhoidum fluxus, aut *ſuppreſſus*, aut *perturbatus* & in alia gravia morborum ſchemata *converſus* fuit, in illis *proceſſus* hæmorrhoidalis iterum facile *hæreditario* modo in infantes transfertur: in quibuscunque parentibus hæmorrhoidale negotium per *multos* nunc annos duravit, aut per multas *familias conſanguineas connexum* eſt, ab iisdem illud in infantes facilius *hæreditaria* communicatione defertur; quippe quæ variæ qualitates atque circumſtantiæ in ſubjectis, unde hæmorrhoidales motus propagari poſſunt, obviæ, ad hiſtoricum præſentis obſervationis conſpectum pertinent.

§. V.

Quod vero proxime attinet conditiones *Subjectorum*, *in quæ* hoc ſchema motuum hæmorrhoidalium *propagatur*, tunc illa de *diſcrepante* participant *Temperamento*, licet in *ſimplici* hæmorrhoidali tramite & ſpecimine ſubjecta *certo* temperamento inſtructa eſſe obſerventur; hinc quidam homines hæmorrhoidales conatus per

hæreditatem experiuntur, qui alioquin *nullam ſpecialem* inclinationem in eosdem ſubeunt: unde inclareſcit, quod hæc Hæmorrhoidum qualitas *conſuetum* modum ac *ordinem* transgrediatur: inde etiam eſt, quod ſubjecta *cujuslibet Sexus* ad *tales* Hæmorrhoides ſuſcipiendas, *æquali* facultate apta exiſtant: quid quod *Hæreditarius* Hæmorrhoidum ſtatus haud *certam* & ſpecialem *ætatis* periodum advertit, ſiquidem *motus* tales Hæmorrhoidales mox in *tenera*, adeoque *inſolita*, ſe ſiſtunt ætate, quamvis alioquin *liber* & familiaris Hæmorrhoidum ſtatus *certæ* ætati *proprius* eſſe] deprehendatur; propterea talia ſubjecta præter ſolitum & *animo* & *corpore ſenſibilia* exiſtunt, ut facile in *primis regionibus* & Hæmorrhoidalium locorum *confiniis* inſoliti motus *ſpaſtici*, colici, angentes, excretionem *alvi* & *urinæ* turbantes & alterantes oboriantur: quodſi etiam ſubjecta per rationem Temperamenti *communi* quodam reſpectu & attributo ad Hæmorrhoides ſuſcipiendas *prona* & apta fuerint, tunc *totus* proceſſus hæmorrhoidalis tanto citius anticipat, tantoque *acerbius* cruciat & affligit: obſervatur præterea in talibus ſubjectis *major proclivitas* tam ad *colligendum* ſanguinem, quam ad *alvinam* excretionem *vario* modo urgendam: porro talia ſubjecta a *teneris* præter *ſolitum* non modo variis *morbidis* afflictionibus obnoxia redduntur, ſed & diverſa *inſolita* morborum ſpecimina experiuntur, adeoque hoc modo *diſtinctis* qualitatibus inſtructa conſpiciuntur: in talibus ſubjectis etiam a *tenera* ætate inſolitæ *alvi* frequentiores *acres* fluxiones obtingunt, quæ in locis *hæmorrhoidalibus* varias ominoſas moleſtias *ardentes*, prurientes & *teneſmodeas* cauſantur, adeoque humorum largiorem *affluxum in has* regiones & vicinitates provocant; quid quod in *aliquibus* ſub tali *tenera* ætate variæ *efflореſcentiæ* miliares, puſtuloſæ, aut protuberantiæ, *cæcum* hæmorrhoidum ſtatum præſentantes, occurrunt,

runt, quæ conſequentem *actualem* fluxum aliquando *antecedunt*, interea *doloroſicas* magnas calamitates afferunt: interdum talia ſubjecta a *teneris* inſolitas alvi *retentiones ſtricturas*, cum *teneſmo* conjunctas, experiuntur, quæ ſimul in locis hæmorrhoidalibus magnum *ardorem* cauſantur; quando talia ſubjecta *præmaturis* affectibus *Nephriticis* & *Veſicæ Calculo* afflicta obſervantur, quæ cum *colicis* doloribus, *alvi* perturbationibus, ſtricturis, teneſmis &c. alternant, aut coincidunt: hæc ſubjecta porro in *locis* hæmorrhoidalibus adeo *ſenſibilia* exiſtunt, ut *levis* cauſa aut *inſolitum* alvi fluxum *immodicum* provocare, aut ſuſpectam illius *obſtipationem* excitare queat; quare in iisdem *laxantia* remedia ſatis *potenter* operantur, *purgantia* vero utplurimum *perniciosſum* habent efficaciam; idem etiam valet de *Urinæ* excretione, in quo diureſeos negotio eadem ſubjecta admodum *ſenſibilia* exiſtunt: unde utplurimum *incongrui* quidam morbi *urinarias* vias corripiunt & prædictis ominoſis *Nephriticis* affectibus anſam præbent: hæc ſubjecta quibus per *Hæreditatem* Hæmorrhoides communicantur, ob *multiplicem* arduam talem alterationem in negotio *nutritionis* valde impediuntur & turbantur, adeo, ut ad ſingularem corporis *firmitatem* & *proceritatem haud* pertingant, ſed ex parte ipſo ſuo corpore *teneriora* permaneant: & quemadmodum *omnes* morbi hæreditarii *peculiarem* animi impatientiam, ac immoderatam qualitatem in *conſenſum* ducunt, ita idem in *hæmorrhoidariis* talibus ſubjectis evenit: denique in hiſce ſubjectis per *totum* ferme vitæ ſuæ tractum diverſi *connexi* affectus corripiunt, qui *motum* & *excretionem ſanguinis* concernunt, unde dehinc morbi plane *corrupti* & in indole ſua *pertinaces* atque refractarii generantur: quales qualitates, hactenus recenſitæ, in ejusmodi ſubjectis per attentam obſervationem annotatæ &

 in

in hiſtorica præſentis conſiderationis explicatione conciliandæ ſunt.

§. VI.

In *hiſtorica* Hæmorrhoidum *Hæreditariarum* commemoratione notandum eſt, quod hic proceſſus hæmorrhoidalis *mature* inchoet ac in *pueritiæ* & *adoleſcentiæ* ætate ſeſe prodat & quidem vel *moliminibus*, vel *actualibus* ſucceſſibus & fluxibus, *illa* ſatis *intricata* & *pertinacia* exiſtunt, qualia in *præced.* §o jam nominata proſtant: hinc in admirationem ducunt illi homines has moleſtias huic ætati *haud congruas*, de quibus eapropter negotii *hæmorrhoidalis* quadantenus gnari judicant, quod hæc afflictio per *hæreditatem* ſit communicata: hæc molimina aliquando ita ſunt *evidentia*, ut in locis hæmorrhoidalibus *enitens*, ardens, lancinans, tenſorius, ſtrictorius ſenſus cum *protuberantia* aut interna, aut externa conjunctus hanc ſanguinis *eluctationem* facile teſtetur: quid quod frequentius corripiens & *recurrens* ſenſus ardens & pruriens in talibus locis cum teneſmis ſtipatus una cum aliis ſignis *hæmorrhoidalem* ſtatum ſignificat; utplurimum tamen *apparatus* tales hæmorrhoidales vel in junioribus, vel in adultioribus valde *ſtrenui*, impatientes, *immoderati* & *inſtabiles* exiſtunt, ut ipſa talis *ſpecialis* qualitas negotii hæmorrhoidalis inſolitam & *extraordinariam* illius indolem denotet: præterea hiſce conatibus *hæmorrhoidalibus* annumeranda ſunt *præmatura* pathemata *Hypochondriaca*, *Splenetica*, *Cardialgica*, *Anguſtatoria*, *Colica*, *Nephritica*, *Iſchiadica*, *Arthritica*, *Flatulenta*, *Emetica* &c. quæ communiter ob *incongruam* ſuam invaſionem *hæreditario* Hæmorrhoidum ſchemati accenſeri merentur: hæc molimina *aliquoties* ita *vehementia* ſunt, ut valde angentem & *urgentem* eniſionem e locis hæmorrhoidalibus amplectantur; hinc *vaſa* ipſa hæmorrhoidalia admodum *intumeſcunt* & ardent, *internæ* vero reliquæ

abdo-

bdominis regiones graviſſimis *Spasmis* & magna alia *in*-*uietudine* afflictæ deprehenduntur: in nonnullis *junio*-*ibus* ſubjectis hæc *molimina* hæmorrhoidalia facile vias *rinarias* invadunt, variisque *congeſtionibus* & *ſpasmodi*-*is* motibus affligunt: inde multiplicia *Diureſeos* vitia, uid quod *præmatura calculoſa* pathemata, nec non vel *nolimina*, vel *initia mictus cruenti* oriuntur: interdum i *conatus* hæmorrhoidales *loca* hæmorrhoidalia ita affli-unt, ut ſub moleſto *morſicante* ſenſu *Vermium* præſentia ræſumatur, cum alternante *ſemicolico* cruciatu: quid quod onnunquam has regiones hæmorrhoidales valde mo-eſtantes *efflorescentiæ puſtulares* & *ſerpiginoſæ* invadunt, uæ nonnunquam in *ulceroſam* degenerant pravitatem: n nonnullis *junioribus* ſubjectis ſub *perturbato* alvi ſucceſ-u, & *tenesmo* intercurrente una cum reliquis ſcybalis cru-nta egeruntur ſtigmata, varias alias paſſiones in abdomi-e faceſſentia: in quibusdam *adoleſcentulis* tales *hæredita*-*iæ* hæmorrhoidales eniſiones, nunc *abſtruſos* dolores in *bdomine* tenſorios & non æque colicos, ſed *confuſe ſpa*-*ticos* in meſenterio, & *diſtenſorios* in Vena portæ afferunt, um concurrente nunc abdominis *inflatione*, nunc *retra*-*tione*, nunc alvi *ſiccitate*, nunc anxio ad excernendum *iſu*, nunc *tenesmodeo* dolore, nunc *flatulento* cruciatu, unc difficultate Reſpirandi, *cardialgia*, conatu *vomen*-*i*, cordis *palpitatione*, extremitatum *refrigeratione*, ex-ipiente irregulari *orgaſmo* ſanguinis & gravi anguſtatoria *ppletione* in abdomine: quandoque *juniores* tales homi-es *Diarrhœas*, admodum *torminoſas* experiuntur, cum uibus *tantillum ſanguinis* effluit & *Fluxus Hepatici* ſpe-ies una ingruit: in *adultioribus* vero hæc molimina com-nuniter *acerbiora*, complicatiora & periculoſiora exi-tunt, dum frequentia *colica* hæmorrhoidalia corripiunt athemata cum *magno* niſu *eluctatorio*, *protuberantia* venu-arum hæmorrhoidalium, *ardore* in abdomine & regio-

ne hæmorrhoidali, alternante eximia *flatulentia*, *anguſti*
oppletoria in *Venæ Portæ* Syſtemate, gravi *animi* & *viriu*
proſtratione, anguſtatione *vomibunda*, intercipiente va
de confuſa & moleſta *alvi laxitate*, cum maxima *inqui*
*tudine* in abdominis regione circumvagante, reſtrictior
ſanguinis ad *interiora*, oppreſſione *pectoris*, *temulenta*, im
*lipothymica* perturbatione, *orgaſmo* ſanguinis confuſo, *ſ*
*dore* anxio & irregulari, ſenſu *dilacerationis* viſcerun
*inflatione* hypochondriorum, *cardialgia*, *appetitus* priv
tione, *ſomni* perverſione, *alvi* modo moleſta *ſiccitate*, m
do ſuſpecta *laxitate* &c. &c. quæ ſingula pathemata ad *H*
*ſtoricam* relationem *Hæmorrhoidum Hæreditariarum mo*
*entium* pertinent.

§. VII.

Quod porro ipſius *Fluxus Hæmorrhoidalis Hæredit*
*rii* indolem & *ſigna* attinet, tunc ille iterum *mature*
quandoque in *infantili* inchoat ætate, dum *prævio* inte
dum *colico* dolore, *teneſmo*, aut inſolito & *doloroſo* al
*fluxu* nunc minor nunc major *ſanguinis* copia dejicitu
inſuperque variæ *adverſæ* ſenſationes in *abdomine* concu
runt, videlicet diverſæ *tenſiones* & ſtricturæ, *inflatione*
*anguſtationes*, *cardialgiæ*, ut & ominoſi *rigores* in *extren*
*tatibus* artuum, *ardor* & *preſſoria* gravitas in *inteſtino rect*
interea ipſe *fluxus* ſanguinis nunc *citius* decurrit, mod
*diutius durat*, *haud* tamen *ſingularem* utilitatem & *ſalub*
*tatem* pediſſequam habet, quin potius aliquam ſuſpecta
enervationem poſt ſe relinquit, *recurrit* porro talis flux
*frequentius* & procedit etiam *copioſius*, aſt utplurimu
*tempore* haud *ordinato*, ſed indiſcreto: quemadmodu
facile per fortiores corporis *commotiones* & exæſtuatione
per *potus* ardentiores, per *cibum* valde aromatiſatum, pr
cipue *crocatum* & *piperatum*, per alvi fluxum, maxin
*bilioſum*, &c. ipſe revocatur; quo *impeditius* ille ſucc
dit, eo *graviora* concurrunt pathemata *ſpaſtica*: proin

etia

iam *communis* talium *hæreditariarum* Hæmorrhoidum
aracter eſt, quod valde *irregulariter* recurrant & de-
rrant: aliquando peccant in *exceſſu*, interdum in *de-*
*ctu*; rariſſime leniter & *moderate* incedunt: *ut pluri-*
*um* hic fluxus graves *inteſtinorum* moleſtias in *conſenſum*
hit: præterea *facile* aut *ſupprimi* & *minui*, aut *exacerba-*
& impelli poteſt: dum *ſuccedit*, aliquando in *abdomi-*
magna perſentiſcitur *inquietudo*, ſanguinis *orgaſtica*
mmotio & *reſtagnatoria* preſſio, cum ſuſpecto quan-
que *interno ardore* conjuncta: nonnunquam eundem
xum *comitantur ſpaſticæ* commotiones, *externam* etiam
rporis regionem affligentes & præcipue *Arthritico-*
*hiadicis* ſchematibus ſe prodentes, quin nonnunquam
*nora* in conſenſum trahentes: coincidunt interdum
erſæ moleſtiæ in *viis urinariis*, velut *ardor urinæ*, *Stran-*
*ria* & *Dyſuria*, cum *gravativis lumborum* preſſionibus:
quando ſupervenit valde moleſta *inteſtini recti promi-*
*tia* & extrorſum tendens inflatio cum conſueto ardo-
pruritu & *ſpaſticis* ſtricturis conjuncta: accidit plane
quando, ut ſub *immoderatiori* hujus fluxus progreſſu
impetuoſiori ſanguinis impulſu *febrilis*, ſed *anomala*
nmotio invadat, quæ *totum* affectus progreſſum tanto
*viorem* & intricatiorem reddit; omnia *alia* pathema-
quæ *alioquin ſimplicem* Hæmorrhoidum proceſſum
*itari* ſolent, in *præſenti* ſtatu *utplurimum acerbiora* &
tinaciora exiſtunt: uſitatius hic fluxus in *largiorem* in-
nat ſucceſſum & ſub illo *ſenſibiliorem* cauſatur *enerva-*
*em*, ac reliqui legitimi corporis *accrementi* impedi-
ntum, ut tales homines communiter *macilentiores*
npareant: ſi vero viciſſim in *minori*, aut plane exigua
ntitate procedit, tunc in *inteſtinis dolorifica* tormina,
n *Hepate* ac *Splene conſentientia* moleſta morboſa con-
runt pathemata: interea ita affectos homines *languor*
*mi* & *corporis* detinet, *appetitus* eſt imminutus, *ſomnus*
turbu-

turbulentus, *calor* & *color* naturalis in *externo* Corpore a *ſa-no* ſtatu *deflectit*; neque cœteroquin *facile* poſt largiorem hujus fluxus decurſum ſubjecta *integras* vires colligunt praeter haec hic haereditarius fluxus aliquando adeo *inſo-leſcit*, ut *nimia* frequentia eminentem & *pernicioſum* ex-ceſſum committat, hocque modo tanto certius *vitæ ter-minum* abbreviet, aut valde *morboſum* vitæ ſtatum invitet quando hic fluxus *aliquoties* ſuccesſit, dehinc vero *ſubſi-ſtit*, tunc *atrociſſima* conſectaria & intricata atque vald contumacia molimina hæmorrhoidalia poſt ſe trahit: ut plurimum hic fluxus *totum* Corpus, maxime tamen *abdo-minis* viſcera in *conſenſum* ducit, ut in nonnullis *totus in-teſtinorum* tractus valde compatiatur, in quibusdam diver-ſa *Ventriculi* pathemata concurrant, in aliis *Hepar* & *Sple* variis moleſtiis affligantur, in aliquibus *quaquaverſum* morboſæ tales offenſiones vagentur: præter ſingula hæc commemorata pathemata non raro hic fluxus in locis *pro-ximioribus* hæmorrhoidalibus alias quasdam afflictione infert & allicit, velut *tubercula* ardentia, *efflorcſcentiæ* puſtulares ſerpiginoſas, prurientes, aut plorantes, au plane *ulcuscula* ardentia, prurientia, manantia, quin de-nique nonnunquam in *fiſtuloſum* pesſimum ſtatum de-nentia. Et hæc *ſigna* Hæmorrhoides *hæreditarias* actu *fl-entes* pro *diverſitate* Subjectorum comitari ſolent.

§. VIII.

Ad *Prognoſticam* nunc progredimur præſentis obſer-vationis explicationem, quæ perinde *hiſtoricum* alicuj affectus conſpectum illuſtrare adjuvat: totus ſtatus Hæ-morrhoidum *hæreditariarum intricatus*, complicatus, r fractarius & plus *periculoſus*, quam *fructuoſus* exiſti qui etiam communiter *ominoſis* pathematibus ſeſe prod & *rariſſime lenioribus* apparatibus, nunquam vero *tac* incedit, utplurimum non pauca, ſed *numeroſa* & dol roſa incommoda in conſenſum trahit. *Conf. Frommann*

n *Tr. de Hæmorrhoid. Part. I. probl. 48. p. 206. molimina* talia
æmorrhoïdalia acerbiora & ominoſiora ſunt, quam *a-*
*ſualis* fluxus: hæc molimina facile aut *ſponte*, aut *incongruis*
rtificiis & medendi methodis in *corrupta* morborum
chemata conjiciuntur: eadem *molimina* facile acerbiſſi-
ios affectus *hypochondriacos*, *inflammationes* internas pe-
culoſas, colicam *convulſivam*, affectus alios *contumaciſſi-*
*ios* ſpaſticos, *infarctus* Hepatis, Splenis, *obſtructiones*
landularum in abdomine, *Febres* anomalas, lentam,
ecticam *Atrophiam*, Paralyſes, Calculum Renum &
eſicæ, inflammationes veſicæ urinariæ, ulcerationes e-
ſdem, Fiſtulam ani, pertinaciſſimas flatulentias, extre-
as anguſtationes cardialgicas cum animi deliquiis con-
nctas, periculoſos Diaphragmatis ſpasmos, conatus vo-
endi valde anxios, vomitus pertinaces, palpitationes
rdis valde urgentes, hydropen pectoris, aſthmata
aſtica, polypos in diverſis corporis regionibus & par-
us, graves virium proſtrationes, Icterum, Melancho-
m, tremores membrorum, ſudores anxios, vertigino-
perturbationes, ſcotomias, apoplecticos inſultus, con-
ſos capitis morbos, convulſiones externum etiam cor-
s affligentes, Contracturas & Ariduras membrorum ſi-
liaque ardua mala poſt ſe trahunt: Ipſe etiam *fluxus*
verſa *pediſſequa* habet incommoda, quemadmodum is
plurimum *anomalus* eſt & raro ſingularem, aut firmum
*itatis* gradum & ſtatum promittit; hinc communiter
i fluxu præditi homines *valetudinarii* ſunt, dum ille
xus nunc *parcius*, nunc *largius* procedit, ubique ve-
comitatum *adverſorum* pathematum continet, unde
ipſe ſucceſſive ad *tabidum, hecticum*, perverſe *hypochon-*
*acum* ſtatum, nec non ad vitia *Hepatis*, viarum *urina-*
*rum*, dyſuriam extreme refractariam & dolorificam,
ydropen, Tympaniten, flatulentiam &c. diſponit:
ando præſens affectus *teneriores* ætates corripit, tunc



non

non modo *pertinacius* inſoleſcit, ſed & acerbius *pro*
*dit* & citius *funeſte* decurrit, ut ægrius ad *provectiorem*
tatem pertingant homines: proinde *juniora* talia ſub
cta *facilius* in morbos *corruptos* aut Tabem, Atrophi
& Hecticam delabuntur, vel contracturam, ariduram
miſerabiles alios affectus patiuntur: porro ejusmodi m
tus hæmorrhoidales, quadantenus *offenſi*, maximo *imp*
in *alias* ruunt *regiones*, inque illis pertinacia *molim*
*hæmorrhagica* proſequuntur, velut *lethales* Mictiones c
entas, hæmoptyſes, aut inflammationes pectoris, ph
nitides &c. præterea etiam *abdominis* viſcera *repenti*
talibus ſanguinis *regurgitationibus* congeſtoriis expo
ſunt, inde *hepatici* affectus, *ventriculi* inflammatio
&c. oriuntur: utplurimum tales motus hæmorrhoida
in *præcipites* ruunt & transformantur affectus, qui p
pterea *lenioribus* cauſis & offenſis adeo *obtemperant*,
in *graviores* & periculoſiores delabantur afflictio
tranſeunt porro tales motus *hæreditarii* facile in ſum
periculoſos, imo *lethales* affectus, qui omni adhibitæ
licitæ curæ *ægerrime* obtemperant: quo magis cum
libus motibus hæmorrh. *alii* morbi, aut morboſæ cau
velut eximia ſanguinis *dyſcraſia, concurrunt*, eo *pericu*
*ſior* eſt ſtatus, eoque facilius in *funeſtum* eventum
generat præſens afflictio: in *ſequiori* ſexu hi mo
*hæreditarii deterioris* ſunt indolis, quia *Menſium* nego
graviſſimas inferunt & conciliant *turbas*: qui reſ
ctus in *Prognoſtica* præſentis obſervationis tractati
annotandi ſunt.

§. IX.

Hanc Hiſtoricam præſentis obſervationis tracta
nem nunc *Pathologica* excipit, in qua noſtrum prop
tum *haud* eſt, *generalem* Hæmorrhoidum indolem c
ſuis cauſis *iterata* velut vice exponere, quippe, quæ c
ſideratio non modo variis *aliis* occaſionibus repet

cc

commendata & explicata fuit, ſed quæ nunc *fundamen-*
*i loco præſupponitur:* quam ob rem *noſtro* ſcopo *illa* dis-
uiſitio magis quadrare videtur, ut ſignificemus, unde
*rimo* Hæmorrhoides *hæreditariæ ortum* ducant, *deinde*,
uænam *illarum* ſit *indoles: Origo* illarum itaque ab *hære-*
*itaria* diſpoſitione & communicatione deduci debet;
 qua meditatione iterum *remotive* aſſerimus, quod *pri-*
*aria* cauſa haud in *nude phyſica* & *mechanica* ratione &
*eceſſitate* conſiſtat, ſiquidem nondum *ſpecialis* talis qua-
tas ex *vero* & *certo* indicari poteſt, quæ aut in *genere*,
ut *proprie* ad *talem* ſanguinis fluxum diſponere poteſt,
no rectius debet, niſi tantum nuda quadam *præſumtio-*
 & præſuppoſitione talis *peculiaris Corporis* conſtitutio
 diſpoſitio accuſetur & *fingatur;* cur vero per *hæredi-*
*tem* talis *materialis* qualitas propagetur, ſecundum
am mox a *teneris* tales motus hæmorrhoidales irruunt,
*igma mechanicum* eſt, quod haud facile, *ſolide* & per-
icue reſolvi poteſt: *non* enim *ſufficit* tantum profiteri,
od in Corpore humano *talis appoſita* præſto ſit quali-
 *materialis*, ſed *prudentis* philoſophi officium eſt, *ſa-*
 & *ſobriis* demonſtrationibus ſententiam tueri, *quales*
monſtrationes in præſenti obſervatione *adhuc defici-*
*:* hinc hoc problema *altioris* eſt indaginis & dum ta-
Hæmorrhoidum ſchema *peculiaribus motuum* qualita-
us nititur, ita cum *aliis* affectibus *hæreditariis* exa-
m ſervat *affinitatem*, dum a parentibus prædictarum
alitatum, videlicet aut *proximius*, aut *remotius* hæmor-
oidariis non *materiale* ſeminium hæmorrhoidale, qua-
ne petulanti *imaginatione* quidem excogitari poteſt,
mmunicatur, ſed *idea* de tali *motuum* ſpecie in talibus
is & regionibus propagatur, etenim in hac obſerva-
ne multæ *ſonticæ* occurrunt dubitationes, quæ neque
*noribus*, neque *ſolidis* partibus *illam* efficaciam conce-

D 2 dunt,

dunt, qua *primario* tales *hæreditarias* Hæmorrhoid
producere poſſent: ſed dum *mores* & *ſpecialiſſimæ* acti
num moralium *modificationes* per ſimiles ſubtiles atqu
*innatas* propagantur *ideas*, ita conceptus atque *demo*
*ſtratio facilior* eſt, qua adſeveramus, quod *ſpecialis* ha
motuum *directio* ad *loca* & *profluvia* hæmorrhoidalia i
genere a *tali ideali* communicatione pendeat: Sicut
nim *certæ conformationes*, partes, figuræ, excreſcenti
&c. in corpore per hæreditariam communicationem g
nerantur, (ubi fruſtra aut plane *lepide* cauſa in certo *m*
*teriali* ſeminio quæritur, quin rectius *genuina* cauſa i
*ſubtiliori* & intimiori *rationali* impreſſione & propagati
ne ponatur & proponatur) ita etiam in *hac* obſervati
ne evenit, ut, dum *ſimiles motuum* ſpecies, quibus ill
*extraordinariæ* & inſolitæ excreſcentiæ formantur, a
*tales hæmorrhoidalium* motuum adminiſtrationes, inve
tiones & directiones pertinent, *hic* in genere *paral*
*lus* caſus cum *reliquis* hæreditariis affectibus & effectib
*formaliter* conveniat: quam ob rem *communicatio ide*
*rum* ſive ſimplicium & *abſtractarum*, ſive *concretarum*
cum *Corporis* œconomia conſpirantium, non alte
quam *rationali* competit principio: unde per ſanam
ſobriam argumentandi rationem nulli hoc adſertum d
bium aut bilem movere debet, quod *originaliter* & *fo*
*maliter* Hæmorrhoides *hæreditariæ* ab *Anima ration*
pendeant: in qua ſententia adſtruenda aut confirma
da hoc loco id *præſupponimus*, quod *toties* demonſtrat
& contra oblocutiones confirmatum fuit, *Animam ho*
*nis habere jus*, *dominium*, atque *directorium* in *oeconomi*
*corporis*, *eandem animam* ſecundum varias *ideas corp*
tam in *ſtructura*, quam reliquo actu *conſervatorio* alte
re & *afficere*; illam etiam in omnes *ordinarias* & cu
hiſce *conſentientes excretionum* ſpecies idem jus *mu*

cr

ſſis exemplis probare: eandem porro in negotio *hæ-*
*ditatis* ſe innumeris ſonticis ſpeciminibus *operoſam* ex-
ere: eam etiam jus notorium exercere in *motum* par-
m *fluidarum* & *ſolidarum*, qui ſpecialiſſime in ſubſtra-
obſervatione ad *Hæmorrhoides* expediendas quadrat &
sfacit: illam præterea tanto magis in negotio arduo,
tico, operoſo, *habituali* & attentam & ſenſibilem &
*mmunicabilem* eſſe, quippe quæ *familiaris* animæ qualitas
, unde illa anima tanto facilius negotium hæmorrhoida-
majoribus in poſteros transferre ſolet: hoſce *funda-*
*ntales* reſpectus tam in *poſitiva*, quam *privativa* declarati-
e ad præſentis thematis *cauſalem* explicationem ſuppe-
are & applicare volumus, probe conſcii, quod *ſpeci-*
*r* deductio, quam tamen exercitatis relinquimus inge-
s, *pleniorem* promereatur commendationem, ſuffe-
it vero impræſentiarum *genuina* hujus explicatio-
fundamenta tradidiſſe. *conf. pluribus Excell. Dn. D.*
*hlii Diſſert. de hæreditaria diſpoſitione ad diverſos affe-*
*.*

§. X.

Cur vero *Hæreditariæ* Hæmorrhoides utplurimum
*anomalæ* exiſtant, brevibus etiam inquirendum &
icandum erit: in qua disquiſitione notandum, quod
notus hæmorrhoidales in illis ſubjectis, *a quibus* pro-
antur, jam *quadantenus irregulares* & pertinaces, aut
*arias* ſpecies diſtributi ſint, hinc iidem in ſubjectis,
bus per *hæreditatem communicati* ſunt, *incongruo* tem-
e & utplurimum *præmature*, imo *præter neceſſitatem*,
ngularem utilitatem ingruunt, adeoque in *modo*, *or-*
*e*, *progreſſu*, *loco*, *gradu*, *quantitate*, &c. facile *exor-*
*nt*, qui dum in *tali* gradu *inordinati* ſui ſchematis *pro-*
*ati* ſunt, in *eodem* non modo perſiſtunt, ſed & magis
giſque *increbeſcunt*: quo loco illa etiam circumſtantia

 anno-

annotanda eſt, quod Hæmorrhoides per Hæreditat procedentes ex *prava* quadam *conſuetudine* decurrant, nullæ *ſonticæ* & *proximæ* cauſæ, corporis *ſalubritatem* co cernentes obſervantur, ſed ubi *ideæ* illæ de *talibus* mo um ſchematibus formatæ, & nunc *implantatæ directori* totius proceſſus tenent: quam *mutabiles* vero, imo gaces operoſæ & præcipites tales ſunt ideæ, tam ſtabiles, variabiles, & *vagabundi* etiam illi motus *hæm rhoidales* exiſtunt, ut ſub aliquali *impedimento*, aut in *flui* aut in *ſolidis* partibus obvio, iidem motus nunc in *aliena* ca *evagentur*, aut extremis *augmentis*, vel *ſpaſticis* vel *co vulſivis* progrediantur, jam pertinacibus *congeſtionibus* ad vi ſint, nunc periculoſas viſcerum *oppletiones*, humorum ſ gnationes; inflammationes & alias ſupra notatas con cutiones cauſentur: ob hanc qualitatem porro hi mot in *extremitatem* proclives ſunt, ut ſi ad apertionem H morrhoides proveniant, facilius *excedant*, aut ſi *impe tæ* & oppreſſæ fuerint, immoderatis & *quaquaverſi* circumvagantibus *moliminibus* urgeantur, indeque val *intricata*, complicata & *corrupta* morborum ſchemata riantur: ſunt itaque hi motus etiam *delicati*, qui *fac* per *Mores* & *Affectus* animi, per errores in *Diæta* & *R gimine* commiſſos, per *malas medicationes*, per immuta ones & *alterationes humorum*, per provocatos *incongru* motus internarum partium corrumpi, *offendi* & exace bari poſſunt, ſiquidem *omnes* illæ qualitates, a *nativit corpori* humano adhærentes valde *ſenſibiles* ſunt, quæ ta quam *extraordinarium* quid, a natura extraordinaria iam vigilantia & ſenſibilitate aſſervantur, conciliantur, applicantur: dum porro hi motus hæmorrhoidales tan *vehementia circumvagantur*, ita facile etiam & *fluidis* & *ſ lidis* partibus *vim* inferre & ad diverſas morborum *co plicationes* anſam præbere poſſunt: mirum propter

hau

haud eſſe debet, cur ſub tali proceſſu Hæmorrhoidum hæreditariarum neque *vita* neque *ſanitas confirmetur*, aut ſublevetur, ſed potius utraque abbrevietur & enervetur.

§. XI.

Supereſt, ut adhuc *Practicam* præſentis thematis tractationem ſubjungamus & *prius* indicemus, quæ tentamina, medicamina & experimenta in hoc caſu *omittenda*, *deinde* vero, quæ auxilia conferenda, admittenda & *adhibenda* ſint: *Prior* tractatio concernit *privativam* Therapiam, ſive *cautelas practicas:* quam ob rem in hæmorrhoidario tali ſtatu omitti debent *inordinatæ*, aut *confuſæ* miſſiones & ſubtractiones ſanguinis, ſive ad Hæmorrhoidum *exceſſum* mitigandum & *avertendum*, ſive ad illarum *defectum compenſandum*; nam ab ejusmodi evacuationibus ſanguinis *turbulentis* & ratione *loci* ac *regionis*, *temporis*, *quantitatis*, *methodi* &c. abludentibus, motus hæmorrhoidales redduntur *immoderatiores* & pertinaciores; ita etiam a V. Sibus *ſub* anomalicis, atque impetuoſis talibus moliminibus hæmorrhoidalibus adminiſtratis communiter certiora damna, quam emolumenta expectanda ſunt: præterea *frequentes* tales ſanguinis *artificiales* ſubtractiones hæreditarium hunc affectum haud *leniunt* & ſublevant, ſed tanto magis obfirmant, ut *frequentius* ſuo ſchemate recurrat: dein omnia poſitiva *purgantia*, quæ præcipue *ſenſibiliori* ac potentiori ſtimulo alvum & *connexas* primas vias afficiunt, in præſenti affectu *positive* nocent, dum affectum tanto magis *exacerbant* & in graviores evagationes præcipitant, imo ad *corruptos* morbos invitandos efficaciſſime diſponunt: quæcunque objecta viciſſim *alvinam* excretionem *turbant*, opprimunt, exſiccant, aut *negligentius* promovent, illa perinde *inimica* ſunt, dum *exitum* Hæmorrhoidum *impediunt*

&

& intricata, atque atrocia ſive eminus, ſive cominus v
gantia *molimina* talia hæmorrhoidalia, hypochondria
præcipue provocant: neque *Vomitoria* in hoc caſu pr
ficiunt, ſed vel in genere præſentes *ſuſpectos* motus ſp
modicos in *abdomine* ſævientes irritant & adaugent, v
*exorbitantia* talia molimina ad *pectus*, *caput*, *Hepar*, *ve*
*triculum*, *ſplenem*, *diaphragma*, ſeducunt, indeque *pe*
*culoſos* & miſerandos, imo interdum ſubitanee fun
ſtos eliciunt morbos: nocent porro omnia medican
na *motus* hæmorrhoidales paulo *propius irritantia*, ſi
*pharmaceutica*, ſive *diætetica*, velut aloetica, hellebori
piperata, cepacea, rhaphanacea, alliata & ſimilia, q
maxima cum circumſpectione ordinari & adhiberi d
bent: id quod præcipue valet de *communi* & ferme *d*
*meſtico talium* ſubjectorum uſu: ſicut alias illa *promiſc*
aſſumta graviſſimas & contumaciſſimas Hæmorrhoidu
*Anomalias* excitare ſolent: *acerbiorem* & deteriorem
ſuper reddunt affectum omnia ſanguinem valde *comm*
*ventia* & *primas vias* ſenſibilius afficientia, velut myrr
ta, crocata, ſalia volatilia, maxime oleoſa, carminat
valde acria, balſamica exotica, ſalia fixa acriora, olea
ſtillata, ſpirituoſa, Elixiria, Stomachalia ex ejusm
ſubjectis parata & quæ alia *parallelarum* ſunt qualitat
exacerbant & provocant tales motus *immoderatiores*
*tentiora diuretica*, ſalia prædicta fixa & volatilia, olea c
centrata & quæ alia ad horum claſſem pertinent: fa
proinde damna afferunt *poſitiva Adſtringentia*, quæ n
modo tales motus hæmorrhoidales, qui in *ſpaſmos* adr
dum inclinant, *exquiſite* & tenaciter ſpaſticos reddu
ſed & *ordinarias* ac *neceſſarias* functiones ſe- & excre
rias *impediunt*, adeoque alia *nova* incommoda & mor
ſa pathemata, atque *conſectaria* complicant, convoca
& in *conſenſum* rapiunt: imo *totum* hunc proceſſum h
morrhoidalem *tenacius* opprimunt, a quali *obſtructi*

P

poſitiva ſedulo cavendum, *conf. Frommannus de Hæmorrh. Part. 2. probl. 4. p. 229. P. 1. probl. 48. p. 206.* deinde in hoc effectu nocent *multa* & *cruda Abſorbentia*, quæ *ventriculum* moleſtant, *alvum* obſtruunt, *cardialgias* & *flatulentias* excitant, hocque modo *anomalis* motibus hæmorrhoidalibus patrocinantur: maxime vero vitanda ſunt talia, quæ negotium hæmorrhoidale *directe* & proxime obruunt & opprimunt, quæ *repellente* ſenſibilius & potentius *de obſtruente* & craſſius *narcotico* effectu efficacia ſunt, quippe quæ peſſimos excitant morborum concurſus & totum morbi ſtatum utplurimum *immedicabilem* reddunt, quorum *illa* facile *præcipites*, ſubitaneos, acutos & *funeſtos*, *hæc* vero chronicos, *corruptos* & pertinaces provocant affectus: officiunt etiam *frequentes* remediorum oblationes, quæ naturam ſemel afflictam magis *enervant*, quoniam propinatis talibus *multis* medicaminibus *multiplex alteratio* conjuncta eſt: tanto magis vero perniciem affert *crebra variatio* in *methodo* medendi, a qua ſemper nova, *confuſa* affectus emergit facies: *omnia* remedia, quæ quocunque modo effectu corpus *potentius* afficiunt, *in hoc* caſu inimica ſunt: neque etiam tam *eximiam* fiduciam in *Aquas* ſic dictas *Soterias* conjicere licet, quæ dum *frequentiorem* alvi & urinæ excretionem alliciunt, motus hoſce hæmorrhoidales, ſi *ſemel immoderati* ſunt, in hiſce *regionibus confirmant*, nedum quidem *principali* cauſæ *leniendæ* & cum conſtanti effectu mitigandæ *ſatisfaciunt*.

§ XII.

Ultimum ſupereſt, ut *poſitiva* auxilia commendemus & commemoremus, quæ in *præſenti* caſu proficua exiſtunt: præſtat itaque in ejusmodi ſubjectis *ordinarias* evacuationes in *legitimo* ſucceſſu conſervare & quidem antea *alvinam* excretionem promovere debet prudens artifex per *diætetica lenientia*, liquida, juſcula, gelatinoſa, mediocriter pinguia, fluida, mucilaginoſa, hordeacea,

avenacea, per oleoſa domeſtica, decocta calida, aliaqu
temperata demulcentia: huc etiam ſpectant *paſſulæ* coctæ
*pruna* cocta, *poma* borsdorffiana cocta, pyra dulcia cocta
quæ non modo alvum *leniunt*, ſed & ſua temperata acidi
tate *temperant* & motus contrarios avertunt, modo etian
perite adhibeantur. E *Pharmaceuticorum* penu conduci
*Rhabarbarum*, *Manna* & decoctum *Tamarindorum*, qu
cum temperato quodam *ſtomachico* ſubjecto mixta, paul
ſecurius operantur: deinde ratio habenda eſt *urgent*
quantitatis ſanguinis, quando videlicet tales hæredita
riæ Hæmorrhoides magis in *cæcis* moliminibus conſ
ſtunt & *apertionem* quandam expectant: in hoc ſtat
*præparato* prius corpore & quando *acerbiora* pathema
paululum *acquieſcunt*, VSnem *in pede* modicam, ord
nare convenit, cui *alio congruo* tempore, quando vid
licet alvum *nulla retentio* aut exſiccatio detinet, *Hirua
num* applicationes ad loca hæmorrhoidalia ſubjunge
licet: *principalis* vero directio hujus affectus conſiſtit i
congrua *motuum* hæmorrhoidalium *mitigatione*: hæc pr
mario & optime *bona* & convenienti *vivendi* ratione o
tinetur, videlicet bono moderamine & *continentia An
mi*, evitatione libidinis & luxus, proinde etiam temp
rata & congrua *Diæta*, ne quisquam committatur in v
ctu & potu *exceſſus*, ne valde aromatica, *ſpirituoſa*, *flat
lentias* cauſantia, valde fermentantia, cruda & dyſpep
imo quæcunque alias *turbas* in *primis* faceſſere poſſur
regionibus, ingerantur: hinc, quæ in genere *Hæmorrh
idariis* in *Diæta* & *Regimine* fructuoſa ſunt, illa in h
caſu ſolicite obſerventur: de qua re fuſius egit *Dn.*
*Præſes in Tr. de Hæmorrh. diſſertatione de Hæmorrhoidar
rum Regimine & diæta:* hiſce conſiliis combinanda ſu
temperata *Antiſpasmodica* & ſic dicta *Temperantia*, abſc
bentia, cum diaphoretico fixo ſubjecto & aliquot ni
granis, nec non cum Cinnabari mixta; huc pertine

Mi

Mixturæ & Potiones ex Aquis deſtillatis, non vinoſis, antiſpasmodicis & mitius diaphoreticis Scorz. fl. Samb. paralyſ. acac. tiliæ ceraſ. nigr. ſcabioſ. galeg. millefol. lil. convall. meliſſæ, Chærefol. Cichor. &c. additis gelat. CC. liquid. ſpir. nitr. dulc. extract. C. B. abſinth. Bacc. Junip. meliſſ. Cham. offic. Tinct. flor. Papav. errat: Proficit porro decoctum Avenæ excorticatæ cum flor. chamom. offic. ſummit. millefol. ſem. aniſ. Bacc. Junip. huc etiam quadrant Pilulæ ex extr. C. B. cent. min. chamom. offic. caſtor. millefol. gent. rubr. Gumm. ammonic. Junip. ſuccin. alb. ppt. hederæ correcto, oleo menth. quæ alterante ſcopo nonnunquam adhibeantur: Compoſitiones *Spirituoſæ* vitentur: proſunt etiam externa, videlicet *Fomenta* vaporoſa ex *antiſpasmodicis* & leniter roborantibus, videlicet flor. chamom. offic. melilot. verbaſc. aneth. ſambuc. papav. rhæad. ſtoechad. arab. acac. beton. lil. alb. matric. HB. menth. meliſſ. abrotan. puleg. huc pertinent linimenta antiſpasmodica ex oleo cocto chamom. offic. laurino verbaſc. maſtichino, oleo deſtillato menthæ extr. Croc. & Caſtor. in quibusdam prodeſt *Emplaſtrum* antiſpasmodicum de bacc. laur. malax. c. extr. aut oleo deſtillato cham. offic. cum Caſtoreo, aut Emplaſtrum carminat. vel ſaponatum, vel de Tacamah. vel de Melilot. aut matricale cum aliis remiſſius ſedantibus mixta: qualia Emplaſtra tamen non diu abdomini imponenda ſunt: interdum conveniunt *Inſeſſus* ex prædictis antiſpasmodicis conficiendi; Aquæ Soteriæ modica quantitate ad excretionum *ordinariarum promotiones* dirigi debent: quæ tamen *haud ſemper* aut facile locum inveniunt, ni evacuationes illæ *difficilius* procedere videantur: ſi tales Hæmorrhoides *excedere* videntur, tunc V. S. modica in *brachio* præſervatorio ſcopo inſtitui poteſt; ſubjunctis prædictis *Temperantibus, Lenientibus* & *ſecure Sedantibus:* hæc ultima in præſenti caſu per-

 inde

inde adhibita multam opem promittunt, ſi præcipue cum *temperatis roborantibus* & *tonicis* mixta fuerint, quæ immodicos motus refrænant: in naturis *temperatioribus* pro *motuum* horum mitigatione conducit *Mixtura* ex Eſſ. millefol. menth. chamom. offic. C. Aurant. recent. maſtich. rhabarb. pimp. alb. caſtor. junip. cum Spir. nitr. dulc. aut oleo vitrioli dulciſ. Quæ ſingula ſi *juſta* methodo adhibeantur, non fruſtraneam opem promittunt: *Hæc* methodus vero *in eo* præcipue conſiſtit, ut *evacuationes* magis *præſervatorie* promoveantur, ſi vero *neceſſitas* poſtulet, eædem *modice* adjuventur: quando *exorbitantes* motus nunc *actu* affligunt, tunc lenientia temperantia, antiſpasmodica & ſedantia ordinari debent: circa *exitum* vero & *remittentibus* acerbioribus moleſtiis *Roborantia* una conjungi poſſunt, ſervatis dehinc & in ſolicitum uſum tractis illis monitis, quæ modo circa *Animi*, *Diætæ* & *Regiminis* rationem, moderationem & *directionem* propoſita fuerant. Quare in hac Therapevtica & ſimul tota reliqua præſentis thematis commendatione acquieſcimus. DEO T. O. M. pro præſtita Clementia ad præſentis Obſervationis Practicæ tractationem humillimas referimus gratias, quem præterea devotiſſimis imploramus precibus, ut almo ſuo adjutorio efficiat, quo ſingulos noſtros conatus ſaluberrimus comitetur

# F I N I S.

✡ ✡ ✡ ✡
✡ ✡ ✡

QUantus eſt rerum cumulus malarum,
Numinis tanta bonitate gaudet
Orbis; alternant mala cum ſecundis
Mœſtaque lœtis.

uanta morborum miſeros caterva
bruit, quanti furiunt dolores!
d ſimul creſcit virides per agros
Herba ſalubris.

anc parat doctam Medicus per artem,
t queat morbis variis mederi,
unc Dei juſſu merito decenter
Omnis honorat.

c TIBI juſtam tulit, o AMICE,
ic dies laudem; TIBI gratulamur.
nnuat cœptis, medicæque Praxi
Ipſe Jehova!

PRÆSES.

VIR

# VIR
## NOBILISSIME ATQUE EXPERIENTISSIME
### *FAUTOR MAGNOPERE COLENDE!*

ADeſt tandem aliquando ille dies, quem non Tu, ſe illi huc usque anxie expectaverunt, qui Tuam pem in graviſſimis quibusque morbis, ob imped menta nonnulla, quæ e medio tolli ante hunc diem n potuerunt, haud raro fruſtra imploraverunt, quo Te D ctorum in arte medica digniſſimum lætis adclamationib primum ſalutamus. Mihi exinde optima datur occaſi Tibi his litteris, quod dudum feciſſem lubentiſſime, honore iſto ex animo gratulandi. Hæc autem ita ſc benti venit mihi in mentem elegantiſſimum ἀπόφθεγμ a Severo Romanorum Auguſto, cum ad ſuos milites v ba faceret, adpoſite dictum: Τὸ δοκίμιον ςρατιωτῶν κάματ miles labore probatur, quemadmodum illud poſteroru memoriæ tradidit Herodianus L. II. C. 10. n. 12. Hoc j ego cum exigua hac mutatione transfero in Te, Vir E perientiſſime: Τὸ δοκίμιον ἰατρῶ πυνηυέριος πεῖρά τε καὶ πρά medicus probatur quotidiana experientia atque pr Quoniam enim huc usque Te talem demonſtraviſti om bus, qui doctus experientia uſuque egregiam tulit op ægrotis, deſperate nonnunquam cum graviſſimis mor colluctantibus, ac probaviſti quoque ſimul Te digniſſim eſſe, cui ſummi in medica arte honores conferantur; r rito ego Tibi de eo honoris gradu gratulor. Nec vero bi ſoli gratulor, ſed gratulor domui Tuæ univerſæ, gra

r civitati, quæ tuo auxilio in poſterum, quam usque huc
eri potuit, fruetur liberius, gratulor patriæ meæ deſide-
atiſſimæ, & ut Tui ſimilibus viris non in medica arte ſo-
im ſed in omnibus etiam aliis diſciplinis ſemper abundet,
ui, quibus patriæ obſtricti ſunt, officia, ut decet, præſta-
e poſſint, ex animo precor. Cæterum nihil ego magis
abeo in votis, quam ut Deus, qui huc usque laboribus in
lutari arte a Te feliciter ſuſceptis adfuit benedictione
ngulari, iisdem porro velit benedicere, ut miſeris ſis ſo-
atio, civitati immo univerſæ patriæ emolumento atque
aluti. Age igitur, Experientiſſime Vir, auxiliatrices
nanus porrige ægrotantibus; id quod hoc modo ſine
lubio perficies optime, ſi non corporis ſolius curam Ti-
i incumbere, ſed animi quoque rationem a Te haben-
lam eſſe judicaveris, ideoque cum medicina ſubinde ſa-
utares admonitiones inſtillaveris ægrotantibus. Quod
icuti huc usque, ita in poſterum quoque nunquam ſi
ntermittes, mihi crede, magnopere complurium ſalu-
em promovebis, quorum ſplendidiſſima corona Te o-
im in cœlis cinget in ſplendidiſſimo tot myriadum tum
ngelorum tum ſanctorum conſeſſu, Teque aut vixiſſe
ut medicinam coluiſſe nunquam pœnitebit. Vale, me-
ue, quod facis, ama ſemper

CLARISSIMO TUO NOMINI

OBSTRICTISSIMUM

*Glauchæ ad Halam*
*d. 12. Dec. 1727.*

CAROLUM HENRICUM THEUNIUM,
S. Theol. Stud.

WEr reine Tugend ihm zu ſeinem Leit-Stern ſetzt
Und ihre Würckungs-Krafft vermögend einzu-
ſchauen,
Sie ſeine Schweſter nenn't und ſich an ihr ergetzt,
Der wird auf dieſe Art nicht auf dem Sande bauen:
Sie wird ihm unvermerckt den rechtem wahren Grund
Der Weisheit, und ihr Licht gantz leichte zeigen könne
Die man vergeblich ſucht, wo man nicht einen Bund
Mit jener aufgericht, Sie ſeine Luſt zu nennen.
Denn, wenn man das veracht't, was dieſes feſte Ba
Der Treue fähig iſt nur irgends zu zernichten;
So giebt die Tugend ſelbſt ſchon Mittel an die Hand,
In allem ſeinem Thun ſich weislich einzurichten.
**Hoch-Edler Meyenberg!** erlaube, daß di
Blatt
Dir Deiner Tugend-Glantz darf vor die Augen ſtellen
Den weil Sie Deine Bruſt zu ihrem Tempel hat,
Wo ſich Gelehrſamkeit und Klugheit hingeſellen;
So will ſie Dir auch nun von ihrer reinen Frucht
Den beſten Weisheits-Kern von ſelbſt zu ſchmecken geb
Das iſt, der Tugend Preis, den Du mit recht geſuch
Soll nun die Ehre ſeyn, die Crone Deinem Leben.
Und da nun dieſer Tag dazu iſt angeſetzt,
An welchem mann Dich wird zum DOCTOR promouire
So hab ich mir es auch für eine Ehr' geſchätzt,
Dir aus ergebnem Sinn dazu zu graculiren.

Zu Bezeugung ſeiner Hoch-Achtung geg
den Hochzu-Ehrenden Herrn Candid
ten fügte dieſes bey

HENRICUS CHRISTOPH Fech
Bleckeda-Luneburgicus, Jur. Stud.